

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Caput Primum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

Ef. 4. illa sublimitate humana mens sibi potest fingere, omnia nihil est in illius gloria comparatione. Nam scriptum est de illa: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus diligenter se.* Prius ergo Christo datur imperium, deinde cornu ejus sublimabitur: quia tunc sublimitas ejus celstudo respicitur, cum nostra quoque natura a corruptionis sua imo sublevatur, cum renovationis sua integratatem resurgendo suscipit: quia praeclsum lumen contemplari valeat Redemptoris. Si vero in cornu aliquis vult regnum intelligi, per regnum Christi sancta Ecclesia designatur. Quod profecto cornu sublimabitur, quia ima-

A nostra ad Angelorum æqualitatem perducentur. Quare & de electis in Evangelio Dominus dicit: *Erant sicut Angeli Dei in celo.* De ista cornu sui sublimitate, iterum dicit: *Fulgebunt iusti, sicut sol in regno Patris eorum.* Sublimabitur ergo cornu Christi: quia sancta Ecclesia in æterna contemplatione sui Redemptoris extolleatur: & quæ nunc in hac valle miseria depositionis sua pena deprimitur, absorpta tunc morte, renovata æterni gaudij culmine, sublevabitur. Sed hæc jam typica explanatione protulimus, restat, ut in sequenti volumine moraliter exprimamus.

*Mat. 22,4
Mat. 13.*

LIBRI SECUNDI

CAPUT PRIMUM.

MO-
RALIS



UPERIORI libro, dum sacra historie textum moraliter discuteremus, Anna fecunditatem in summa contemplationis perfectione possumus: quia concipere menti, est de summa Dei omnipotentis contemplatione ineffabiliter gaudere: parere autem, in mente concepta charitatis insignia occultare non posse. Nunc autem parienti canticum dicere quid est, nisi conditorem, quem ineffabiliter diligit, veris praconis prædicare? Dicit ergo:

Exultavit cor meum in Domino.

Sed ea, que manducavit, & bibit, que amarum animum habuit, quæ flevit largiter, quæ votum votit: quia illa mens omnipotentem Deum dignè laudare potest, quia dignis agonibus ad charitatis ejus summe pervenit: hec quidem diuturno usu contempnere omnia didicit, & dum cuncta creata ab intentione abiicit, tanto amplius in visione æternæ maiestatis gaudet, quanto alicuius creatura species in sui amore hanc retinere non prævalet. Hæc ergo dicit: [*Exultavit cor meum in Domino.*] quæ cum, contemptis omnibus, solum amat. In hunc profecto affectum venerat, qui dicebat: *Quid mihi restat in celo, & a re quid volui super terram?* Hinc in Deo exultans, dicit: *Vultum tuum, vultum tuum Domine requiram.* Hinc sponsa in Cantico petit, dicens: *Osculetur me oculi oris tui.* Dum ergo dicit: [*Exultavit cor meum in Domino,*] quid aliud, quam in ejus oculis inhaesit, quem ardenter diligit, gloriat? Et idcirco illa sola hac dicit, quæ experta novit, quæ **D**ivis amoris sit in thalamo sponsi. Cunctis quippe passionum victoriis illustrata, & prælata virtutum culmine ad illam sublimitatem pervenit, ex qua per gaudium mira devotionis exultationisque cor suum in Deo posuit. Et quia cor suum dicit, quid aliud, quam mentis sua libertatem afferit? Reprobi quidem corda sua non habent, quia ex diabolus possident. Unde & de proditore dicitur: *Cum diabolus jam missit in cor, ut iraderet eum Iudas Simonis Iscarcites.* Si enim Iudas cor suum, & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum, quam diabolus malum poneret. Quòd contra electus vi loquitor, dicens: *Animan meam porto in manibus meis.* Quid enim aliud manus electi est, quam potestas interna libertatis? Quid ergo ei est, animam in manibus portare, nisi interna libertatis gloriam in potestate retinere? Quotiescumque ergo graviter delinquimus, cor nostrum nos non habemus. Quare & Hieremias Judaico populo graviter delinquenti in properans, ait: *Andi popule fluite, & qui non habet cor.* Hinc item conversus alter Propheta Deo confiteretur, dicens: *Invenit servus tuus cor suum.* Dicit ergo: [*Exultavit cor meum in Domino,*] ut libertatem mentis afferret, sine qua Deū dignè laudare non posset. Sequitur:

Exaltatum est cornu meum in Deo meo.

In cornu electa mentis intentio designatur, quæ

S. Greg. Tom. III.

B mirabiliter extollitur, cum ad eum gaudendo pervenit, qui super universa consistit. Unde & cornu suum non in alio aliquo exaltatum afferit, sed in Deo. Qui enim transuentia bona diligit, hujus profecto intentio depressa, non exaltata est: quia in imo figurit, ubi per desiderium locatur. Hinc est, quod in Evangelio Dominus dicit: *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Exaltare ergo cornu nostrum volebat Dominus, cum dicebat: *Thesaurizate vobis thesauros in celo.* Exaltatum cornu habentem ij, quibus se Pauslus conformabat, dicens: *Nostra converratio in celis est.* Sed qui celestia tantum diligit, si illam intime dulcedinis suavitatem gutare non novit; quamquam valde exaltatus sit, ad hujus tamen exaltationis sublimitatem non pervenit. Ille ergo hac exaltatione sublimis est, qui per incrementa virtutum proficiens, sublimitatem summæ contemplationis obtinuit, non solum, ut perfectè celestia diligit, sed etiam, ut amoris perfectione in sola omnipotentis Dei contemplatione requiecat. In Deo exaltatum cornu habet, qui interius luminis alta visione fruatur, in qua familiari quadam singularitate gloriatur. Quare non ait: In Deo nostro, sed in Deo meo. Meum namque de eo dicit, quem familiariter, ac singulariter diligit. Ad quam certè divina familiarii dignitatem pervenerat, qui dicebat: *Deus meus es tu, & exaltabo te.* Hinc Esaias ait incredulos increpans: *Nunquid parum est vobis molesto esse hominibus, quia molesti estis & Deomeo?* Quæ ergo exaltatione cornu in Deo sustollitur. Deum suum singulariter fatetur: quia summa illa infusio divina dulcedinis, exaltatam mentem, & sui susceptibilem, & valde familiarem facit. Sequitur:

Dilatatum est os meum super inimicos meos.

Qui sunt inimici electæ mentis, nisi spiritus maligni? Quid ergo est dilatatum os super inimicos habere, nisi omnes malignorum spirituum suasiones, amplissima sibi infusa gratia largitate reprobaret? Angusti quippe os habet, qui cunctis fraudibus malignorum spirituum, per considerationem rationis, contraire non prævalet. Os quippe mentis ejus, ratio est, & loqui, deliberare. Os namque repletur, cum mentis ratio per infusam sibi gratiam in contemplationem summæ veritatis attollitur. Repleri quidem ei est, illustratione summæ veritatis imbuiri. Ibi quippe dicit, & quod æterna alter appetat, & quod temporaliter contemnat. Et quia summa veritas amor est, subtilitate veritatis attollit electa anima, ejusque rei charitate, quam didicerit, inflammatur: & tanto strictius servat magisterium, quanto ferventius id sibi inviscerat vis amoris. Cui nimis eti maligni spiritus mala suggerunt, dilatati oris apertione confunduntur: quia veritate summa sapientie instruta, & summi amoris facibus accensa, haberet contra suggestionem erroris immensam lucem sapientiae: habet & contra oblata mundi hujus pompa inestabilem charitatem. In immitate lucis videt, quæ reproberet, sed per vim sum-

D

mae charitatis amat inepta reprobare, que novit. Per A sapientiam mala suggesta reprehendit, sed in virtute charitatis deprehensa redarguit. Os ergo super inimicos dilatatur, quia ex abundantia rationis, contra demones multe deliberat: & eò acutius eorum objecta destruit, quò id, unde mala suggesta reprobet, in sublimibus agnoscit: Unde protinus cauam insinuans, ait:

Quia latata sum in salutari tuo.

Quod profectò tale est, ac si dicat: *Quia exaltatum est cornu meum in Deo meo.* Hoc certè est letari in salutare Dei, quod exaltatum cornu habere in Deo suo. Quod non de qualibet latitia salutaris accipitur, sed de illo perfectissimo gaudio, quo electa, perfecta-que anima more sponsa gaudet in sposo. De qua nimurum letitia David obsecrat, dicens: *Redde mihi latitiam salutaris tui, & spiritu principaliter confirma me.* Quæ ergo dilatum os habere super inimicos suos se gloriatur, in salutare Dei priùs lateta fuisse describitur: quia illa beata mens validè reprobare malignorum spirituum suasiones poterit, quæ in Redemptoris divinitate per contemplationem sublimiter assumpta, ex eo & sapientia accipit magnitudinem, & plenitudinem charitatis. *Quem profectò dignis laudibus prædicat,* dicens:

Non est sanctus, ut est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis, sicut Deus noster.

His namque Anna vocibus quæque electa anima hoc Redemptori clamat in laude, quod ab ipso credit in munere. Sed ex hoc pia confessionis ordine, ordo innuitur, que eadem muneris bona, quæ seriatim protulit, consequamur. Sanctus itaque Dominus & fortis afferitur, à quo sanctificamur, ad requiem ducimur, & glorificamur. Sanctificationem à Domino accipimus in virtute regenerationis; esse autem, idest quietem ab hujus mutabilitate corruptionis in terminacione exili, fortitudinem in triumpho resurrectionis. Primum itaque horum munerum in ista vita consequimur, cùm electi cujusque anima in carne est, sed utraque adhuc in agone operis posita: sequens autem in sola anima præter carnem, post carnis vitam, & jam de hujus vita laboribus assumpta: ultimum vero, in carne, & anima, sed utraque jam per gloriam aeternitatis innovata. Primi itaque sanctus dicitur, quia regeneratis per salutis lacrum, charitas Dei cordibus nostris infunditur, per cuius gratiam ad eternæ patriæ bona præparamus: ut dum hæc vita per decusonis sue tempus elabatur, ea nos vita succipiat, cuius gaudio hinc electorum egredientes animæ, sine mortis pavore potiantur. Deinde esse ei adscribitur, quia securi consummatio-^{Ef. 43.}nis nostræ diem, videlicet claritatem ultima resurrectionis expectamus, dum in illo munere accepta requie dicimus, extremi examinis discussionem non metuere, sed promissæ gloriae latitudinem expectare. Ultimo autem loco fortis afferitur: quia in gaudio futura resurrectionis infirma nostra roborantur, cùm caro surgit de pulvere: sed idem carnis nostræ pulvis translatus in perpetuæ incorruptionis gloriam, ad fragilitatis sua miseriam ultra non reddit. Sed & notandum, quia in his tribus ab altero ad alterum ducimur, sed cùm habere non habitum cœperit, qui hoc accipit quod non habuit, quod ante habuerat non amittit. Nam cùm de sanctificatione ad requiem perducimus, & de quiete animæ perducimus ad robur eternæ incorruptionis: & sanctificatio charitatis augeatur nobis in illa requie, & requies, & amor ex crescit valde in resurrectione. Conditorem namque suum, unaquæque anima per amorem conjuncta, in tantis muneribus intuens, Anna vocibus dicat, quæ bene sapit sibi donum perfectæ regenerationis, & vis amoris: Dicat, [*Non est sanctus ut est Domi-*

nus.] Dicat, quæ melius munus sibi est, promissio quietis in hora sui transitus: [*Negne est alius extra te.*] Dicat, quæ optimum sibi placens præmium fit, ultima renovatio sua, in gudio perfecti spiritus sui, & glorificatae carnis. Dicat: [*Et non est fortis, sicut Deus noster.*] Et notandum quia hoc in precis cantico Anna loquitur. Electa etenim menti hæc cantico poscere est, dona tam grandia cum gaudio desiderare. Petere quippe ei, desiderare est: & gaudere, cantare. Sed quæ tam gaudenter dignitatis suæ munera conspicit, quæ fortiter occultis hostibus exprobret, innotescit. Sequitur enim, & dicit: *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, recedant vetera de ore vestro.*

Sublimia quippe, & vetera spiritus maligni loquuntur. Cum alta, que videntur, hujus seculi appetenda, fidelibus suggestur. Qui ergo cornu suum in Deo exaltare jam didicit, qui teneri in gaudio majestatis novit, quidquid offertur sibi de blandimento seculi labentis, exprobando despicit, dicens: [*Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, recedant vetera de ore vestro.*] Ac si aperte loquatur, & dicit: Eò mihi ea, quæ offeruntur disperdit, quod per desiderium alia video, quæ valde placent. Quod profectò dicere, quia ei competit, qui jam idoneus ad ministerium prædicationis agnoscitur: aptè quoque contra arrogantes sapientes, & contra negligentes sanctæ vita professores, ista prolata sentiuntur. Alta quippe gloriants, loquitur, qui per scientiam, quam accepit, se intelligere sublimiter gloriatur. Vetera verò loquitur, qui postpositis sancta Scripturæ eloquuis, secularibus verbis occupatur. Dicitur itaque arroganter: *Nolite loqui sublimia gloriantes.* Quibus profectò verbis ostenditur, quia non modum locutionis prohibet, sed affectum intentionis. Quasi aperte dicit: Sublimia loquimini, sed de eo, quod alcum dicitur, gloriari refugite. Unde & Paulus pè discipulorum admonet, dicens: *Noli altum sapere, sed time.* Non dixit: *Noli altum loqui, sed Noli altum sapere:* sicut & hæc non dicitur, *Nolite loqui sublimia:* sed, *Nolite gloriantes loqui,* quia sacra eloquia altius exirendae sunt, sed quòd altius exirendi profici, semetipsum cohíbere à vanæ gloriæ factu debet per custodiā humilitatis. Dicitur etiam ociosè loquentibus: [*Recedant vetera de ore vestro.*] Vetera quippe sunt verba facili, quia dum in eis loquentis animus per intentionem figitur, devotionis sua decorè spoliatur. Quare illi sublimia gloriantes loqui non debent, & cur ab eorum ore vetera debeat recedere, hæc causa demonstrat, quæ subjunxitur:

Quia Deus scientiarum Dominus est.

Audiat itaque sciens & arrogans, quia non ipse scientiarum dominus est, sed Deus. Nam rectè gloriants diceret, si ejus, quæ tumeret scientiæ, non omnipotens Deus, sed ipse dominus extisset. Audiamus & nos, quando loquimur verba facili, quia Deus scientiarum Dominus est. Jam quippe electorum mentes non solùm novi, sed etiam veteris testamenti scientia innovat: venit namque, qui diceret: *Ecce nova facio omnia.* Cùm ergo tot nova habeamus, quæ loqui possimus, vetera loqui sine culpa nullatenus valemus. Recedant igitur de ore nostro vetera, ut cùm damnata vetustatis culpa etiam à sermone compescitur, in novi hominis pulchritudinem transeamus. Quod profectò si contemnimus, audiamus:

Et ipse preparantur cogitationes.

Quia à minori culpa, subintellecta comparatione, nos terreat, dicens: *Hinc ociosa loquentes cogitent, quæ metuere culpam locutionis debeant, si is, cui loquendo delinquitur, etiam cogitationum excessus ad judicij sui examen servat.* Audiant item arrogantes, quod sequitur:

Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.

Jam quippe in allegorica expositione diximus, quia immundi spiritus horum fortium appellatione designantur. Qui nimur quia à celesti gloria superbiendo ceciderunt, aptè elatis doctoribus ad terrorem proponuntur; ut de se tandem jam humiliter sentiant, quanto etiam angelos à superna gloria lapsos, per appetitum vana gloriae contemplantur.

Quod etiam Redemptorem nostrum in elatis discipulis egisse recolimus, qui cum se subiecta democinia habere jactarent, ab eo protinus audiere: *Videbam satanam, quasi fulgur, de celo cadentem. Arcus itaque fortium superbia est spirituum malignorum.* Dicuntur autem fortes, vel quia de se magna senserunt, vel quod humanum genus magnarum tentationum impetu vincerunt. Quem profecto arcum dum intentio impia terredit, jacere malitia jacula supra se in conditorem studuit.

Ponam, inquit principes eorum; sedem meam ad Aquilonem, similis ero Altissimo. Sed superatus est arcus fortium, quia Deus apostatarum spirituum superbiam restitit, de celo precipitavit, conditionali gloria virtutis exiit, ut in lapsis angelis homo disceret quid timeret. Nam quid de aere vase fiet, si Deus nec aureis superbiae factore plenis ignorat?

Unde in epistola Petri. 2. a. 2. Sed Petrus est arcus fortium, quia Deus apostatarum spirituum superbiam restitit, de celo precipitavit, conditionali gloria virtutis exiit, ut in lapsis angelis homo disceret quid timeret. Nam quid de aere vase fiet, si Deus nec aureis superbiae factore plenis ignorat? Unde in epistola

sua loquitur, dicens: Deus peccantibus angelis non pepercit, sed rudentibus inferni destratos in tartaram tradidit in iudicium reservari. Quis ergo electus, & humilis predicator superbientibus dicat: Ut celsitis ab elatione, in conformibus vobis angelis, videlicet lapsis, damnationis debita pœnas aspice. Et quos imitari debeant, proponens, ait: [Et infirmi accincti sunt robore.] Si ob præsumptionem estimationis mali angeli fortes vocantur, infirmorum appellatio recte beatis spiritibus convenit, qui de se nulla præsumentes, virtuti sui opificie perpetua humilitate subiecti sunt. [Infirmi accincti sunt robore.]

Quia voluntarie subjectionis merito, sancti Angeli interni amoris vinculo, conditori suo conjuncti sunt. Quibus aptè accinctio nomen congruit, quia accinctus quilibet, eo, quo cingitur cinctorio, ex omni parte retinetur: quia videlicet beatissimi illi spiritus sic sunt in aeternitate solidati, ne ab ea cedente umquam possint. Hinc est, quod ad Danieliem in Babyloniam prædicantem Angelus mittitur, qui accinctus obtuso prohibetur. Hinc est, quod Angelum, cum quo in Apocalypsi Joannes colloquium habuit, antea zona ad mammillas circumdatum confixit. Quia vero idem beati spiritus ab humilitatis merito, in amoris gloriam surrexerunt, sed quia eandem gloriam in complexu aeternitatis habent, & in timore amissionis non habent: gloriosi siquidem ineffabiliter sunt, sed ineffabilem illam gloriam amittere numquam possunt. Ut itaque definat gloriari, audiat arrogans: [Arcus fortium superatus est.] Et ut damnata culpæ superbie proficiant in humilitate, dicitur sibi: [Infirmi accincti sunt robore.] Robur namque infirmis impeditum, cum subiectio nis merito mitibus infunditur virtus superna charitatis. Accingimur etiam, cum ad verbi ministerium præparamur. Bene itaque accincti robore infirmi, in alta locutione gloriantibus preponuntur: quia igitur, qui in ministerium mittuntur spiritus, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, priusquam accingentur ad ministerium humiles fuerunt. Ante enim memoratur infirmitas, post vero accinctio roboris. Hos profectò nobis accinctos Paulus insinuat, di-

cens: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? De quibus & Propheta etiam loquitur, dicens: Millia millium ministrabant ei. Quasi ergo dicas: Prius vos agnoscite, & sic vos ad aliorum salutem præparate: quia bonum prædicationis S. Greg. Tom. III.

A tunc bene impletur, cum prædicator, qui sublimis est verbo, humiliis esse satagit ministerio. Sed quia superbos & arrogantes prædicatores loquendo redarguit, subdit, dicens:

Repleti prius, pro panibus se locaverunt, & famelici saturati sunt.

Repleti prius illi sunt, qui dum tumoris cibos in mensis refæctione suscipiunt, delicias sanctorum virtutum, velut cibo iam pleni, capere non possunt. Sed tamen pro panibus se locant, quia in scripturis, quas intelligunt, juxta magnitudinem sapientia se percipere spiritualia munera virtutum putant. Sed saturati nequeunt, quia repletioni arrogantiæ dona sancti Spiritus addere nequaquam possunt. Ipse namque spiritus discipline effugit filium, & non habitat in corpore pleno peccatis. Hinc etiam scriptum est: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Frustra ergo, qua Dei sunt, accipere gestunt, B sap. 1. b

1. Pet. 5. sub

qui in eo quod superbiant, largitorem munerosum libi adversantem reddunt. Saturari ergo nequeunt, quia munera spiritualium gratiarum non adipiscuntur. Qui vero sunt famelici, nisi à cibis vitorum vacui, à rumore jejuni? Famelici ergo saturati sunt, quia sanctiviri humilitatis aere prædicti, dum de se alta non sentiunt, alta virtutum dona promerentur. Nam per humilitatis bonum, sancti Spiritus sedes sunt, quem dum in se manentem recipiunt, ejus donis plenius repletur. Unde & per Prophetam Dominus dicit: *Super quem requiescit spiritus mens, Eze. 66. 4. nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?*

C Valde ergo saturantur famelici, quia in donorum plenitudine super humiles sanctus Spiritus requiescit. Quod tamen contra negligentes sacri altaris ministros, atque audacei Dominici corporis suscepiores dici non inconvenienter potest. Repleti vero prius sunt, vitorumque cibo saturati, qui pro pane se locant: quia corpus ad susceptionem eucharistiae præparent. Qui nimur comedunt, & saturati non possunt: quia etiæ sacramentum ore percipiunt, virtute sacramenti nequaquam replentur. A virtute ergo illa sacramenti ideo jejunant, quia prius repleti fuerant. Salutis quippe fructum non percipiunt in comedione saturatis hostiæ, qui ea, quibus se repleverant, flagitia portant in mente. Non saturantur ergo, nisi famelici: quia à viciis perfectè jouentes, divina sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis. Et quis sine peccato electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi ut à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, evacuatæ quotidie contentur? Nam qui quotidiani non exhausti, quod delinquit, etiæ minimæ sunt peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei merito auferunt fructum interne saturitatis. Hac repletione nos evacuare Paulus insinuans, ait: *Probat seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

edat, & de calice bibat. Quid enim est hoc loco probare, nisi evacuatæ peccatorum nequitia, se probatum ad Dominicam mensam, & purum exhibere?

Vide B. Augst. in eucras.

De repletis etiam subdit: *Qui enim manducat, & geatibus indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.*

Qui ergo quotidiani delinquimus, quotidiani ad penitentiam lamenta curramus: quia ipsa sola virtus est, quæ evacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat. Et

tunc verè famelici saturantur, quia quod studiosius mundamus lamenta penitentia, eò uberiorē divine gratiae fructum recipimus in spirituali refectio ne. Quæ nimur electorum saturitas, quia usque

in mundi finem extenditur, subdit, atque ait:

E *Donec sterilis peperit plurimos, & qua multos habebat filios, infirmata est.*

Quæ itaque hujus appellatione sterilis signatur, nisi ea de qua Paulus loquitur, dicens: *Quæ sursum est Hierusalem, libera est. quæ mater nostra est.* Unde Gal. 4. d

D ij

& paulò pōst Esaiæ vaticinum ei coaptavit, dicens : *Ez. 14.* **S**criptum est enim : *L*atare steriles, que non paris; erumpere, & clama, que non parturis : quia multi filii deserterē, magis quam ei, que habet virum. Sed quo modo Hierusalem steriles, beatorum scilicet Angelorum sancta societas intelligitur, cūm juxta vocis sue significatum de aeterna pacis visione perenni gaudio sit secunda? Sed si mater est electorum hominum, sterilis profectō erat, quando humanum genus in Adam perierat. Velut enim parturie non potuit, cūm cum, in quo fecunditatis sua extenderē sinu debuit, lapsi spiritus suasionibus amisit. Tandiu accinguntur infirmi, donec sterilis pariat: quia Angelorum humilium valido ministerio consuebat indigemus, donec quotquot ad vitam praedestinati sunt de humano genere, usque in mundi finem colligantur. *M*itter namque filius hominis Angelos suos, & colligent electos suos a quācuī ventis. Ad eos *M*ar. 13. namque colligendos tunc mittendi sunt, in quorum salute quotidiemittuntur: quia ad regnum non colligent, nisi quibus per robur accinētione sua nunc adiutorium præbent. Usque etiam in mundi finem famelici saturantur. Sed & bene plurimos haec sterilis parere dicunt: quia non omnes homines, sed electi solummodo ad aeterna gaudia perduncuntur. Ap̄t̄ igitur etiam parere dicitur: quia Angelorum ministerio docemur superna petere, ut ad eorum valeamus bona perenire. Sed cūm haec sterilis parit, ea, quæ multos habebat filios, infirmat: quia quod pleniora lucra electorum, per Angelorum ministeria superna regna percipiunt, hujus Babyloniam filii minuuntur. Velut enim infirma in partu suo est, quæ inordinato amore rerum transeuntium, ut sollet, filios gignere nequaquam potest. Ubique enim iam caelestia regna prædican, quæ profectō dum fideliū mentes audita diligunt, dum ea etiam bonis moribus inquirunt, velut in partu suo Babylonia stringitur: quia mater nostra Hierusalem eos per orbem Deo parit, quos illa lasso perditionis utero parere gehennæ consuevit. Quorum tamen accinctorum robur, non ipsis, sed ei, à quo accinguntur, adscribitur. Ap̄t̄ itaque subditur:

Dominus mortificat, & vivificat.

In quibus profectō verbis, etiam ordo notandus est. Priùs quippe mortificare dicitur, deinde vivificare: quia nisi sacerulum amare desistimus, Deo per amorem vivere non valemus, Joanne attestante, *i. 10. 2. c* qui ait: *Q*ui diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Unde & is, qui se mortificatum, & vivificantum, qui se prostratum & crecum meminerat, loquebatur, dicens: *M*ibi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vivebat, sed non mundi vitâ, quia dicebat: *V*ivo jam, non ego, vivit vero in me Christus. Non ergo accinctorum aliquis, sed Dominus mortificat, & vivificat. Mortificatum quippe, & vivificantum esse, est praesertim nulla concupiscentia, & aeterna desideria. Cui itaque de his munericibus referenda sint gratiae, exponit, dicens: [*D*ominus mortificat, & vivificat.] Unde & saepē jam nominatus gentium predictor dicit: *N*eque qui plantat, est alius, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. *Idem* *ibid. 17.* Sed quo ordine omnipotens Deus ista in electis operetur, exponit, dicens:

Dicit ad inferos, & reducit.

Ut mortificet, quippe ducit ad inferos, & ut vivificet, reducit ab inferis. Omnipotenti etenim Deo ad inferos ducre, est peccatorum corda aeternorum cruciatum consideratione terrere. Et quoque ab inferis reducere, est territas paenitentium, atque commissa lugentium mentes, spe vitæ indeficientis attollere. Tunc quippe peccare desinimus, cūm superna gratia mollitus cordibus, futura tormenta formidamus. Et ab inferis reducimur, cūm interno vi-

A statu solatio, ad spem venia de paenitentia lauento respiramus. Ap̄t̄ itaque Dominus ducere ad inferos, & reducere dicitur: quia humana duritia in hominis solius prædicatione, nec terrore concutitur, nec amore sublevatur. Nam si doctorum esset mortificare, quotquot eorum prædicatione tangeret, peccare desinerent: & si eorum esset vivificare, quicumque ab eis caelestia audirent, ad ea nos protinus omni conatu perquirenda, intimi affectus sui amor accenderet. Nunc autem, cūm saepē peccatoribus aeterna supplicia minentur, cūm ea, qua possunt eis caelestia bona prædicent, & nec supplicia metuant, nec laxa concupiscant, clamemus Anna vocibus in laudibus Dei, & ei etiam illud, quod per eos quidam proficiunt impetrantes, dicamus: [*D*ominus mortificat, & vivificat.] Dominus itaque ducit ad inferos, & reducit: quia illi possunt futura tormenta metuere, illi superna gaudia diligere, in quibus per eas voces, quas foris homo loquitur, intus Dei pietas operatur. Est autem in quo se lese quicunque cognoscat, si jam ad inferos ductus, & reductus sit, si mundo obiit, celis vivit: nam si electus est, proficit. De codem verò profecto subdit:

Dominus pauperem facit, & ditat.

Seculi divites idcirco de larga facultate glorian-
tur, quia alto, & incomprehensibili judicio Dei
caelestia eis bona abscondita sunt. Dominus itaque
facit pauperes, quia dum aeterna electis bona insi-
nuat, eō se pauperiores tenet, quod à veris se divitiis
pulsos vident. Unde & rex ille, qui seculi pos-
sessione latissimus erat, quia ei veras divitias Domini
nus ostenderat, clamabat ad eum, dicens: *Respicce ps. 2. 4. a
in me, & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego.*
Hinc propheta Hieremias, electi cujusque illuminationem in se exprimens, ait: *Ego vir videns pauperem
tatem meam. Pauperem itaque Domino facere, est
in contemplatione bonorum perennium, electorum
mentes ad contemptum rerum omnium visibilium
excitare. Sed cui summa revelat, qui eadem summa
diutius laboris pretio sint querenda, insinuat, di-
cat: quia qui pauperes facit, etiam ditat; quia ni-
mirum dum ab omnipotenti Deo bonorum caele-
stium cognitionem percipimus, ab ipso etiam vir-
tutem consequimur, ut digno pro eis labore certe-
mus. Bene autem subditur:*

Humilitat, & sublevat.

Quia in contemplatione caelestium, quam abjecti
sunt in terra, conficiunt: sed in eadem abjectione
temporalis inopie per Dei gratiam meritorum se
pennis sublevant ad gaudia perennis vita. Humili-
tatem ergo percipiunt in estimatione exilio, sublimi-
tatem verò in preparatione sanctæ operationis. Se-
quitur:

*Suscitat de pulvere egenum, et de stercore
erigit pauperem, ut sedeat cum principi-
bus.*

Pulvis namque est subtilis deliberatio cogitationis
illucite, quæ eam mentem, cui infederit, feedam
redit. Quid namque in stercore, nisi feeda per-
trataque flagitijs audacia designatur? Unde & Pro-
pheta vitam carnalium cœno feedi operis obrutam
intuens, ait: *Computruerunt jumenta in stercore suo. tol. i. d*
Apta igitur serie dona Dei in flagitiorum conver-
tione numerantur. Priùs namque suscitatur de pul-
vare egenus, quam pauper de stercore: quia à corde
ante deliberatio immunda cogitationis absconditur,
& postmodum ab actione culpa refecatur. Ap̄t̄ quoque
suscitari de pulvere egenus dicitur, pauper de
stercore erigi: quia intus prava deliberans dormit à
contemplatione iustitiae, foris illicita perpetrans, in
iniquitate per actum jacet. Et quia jam cuto fortibus
de malignis spiritibus trophae consequitur, suscit-

tus egenus, & erectus pauper, quid mercatur, exponit, dicens: *Vt sedeat cum principibus, & solum gloria teneat.* Sedets quippe triumphantis est. Unde & in Apocalypsi Joannis, victoria nostrae dignitatem Domini ostendit, dicens: *Qui vicerit, faciam eum sedere in throno meo, sicut & ego vici, & sed cum Pare meo in throno ejus.* Quod & Paulus intuens, suscitations, atque sessionis nostra dona in

Eph. 2. b Dei laudibus numerans, ait: *Contra suscitavit, & confederare nos fecit in calestibus in Christo Iesu.* Cum eo itaque principes sedent: quia qui ejus auxilio malignorum spirituum vires reprimunt, in eorum triumpho dignitatem sessionis habent, quibus ex praesidentis libi virtute dominantur. Cum eo item principes sedent: quia eti si stare per corpus in hac vita labentis ærumna cernuntur, mercitorum tamen sedem cum Redemptore in sublimibus habent, à cuius conformatitate claritatis, nec in ista fœditatis valle separantur. Egeni quoque rebus, & pauperes sunt, qui propter Evangelium ea, quæ in seculo habere poterant, cuncta reliquerunt. Qui certè ut cum principibus possint sedere, de pulvere suscitari debent, & de stercore erigi. Quid enim favores linguae, quid sunt aliud labentium dignitatum infusæ, nisi pulvis? Nam eam, quam blandiendo sordidant, à veris splendoribus mentem cæcant. Et quid divitiae pereunt, & transitoriae facultates, nisi stercora eterna diligenteribus sunt? Stercora quippe sunt, que sanctæ animæ in contemptu utilitatis habent, non in appetitu desiderij. Unde & Salomon in admissione bonorum temporalium contristatum seculi divitem intuens, ait: *De stercore boum lapidandus est piger.* Quasi dicat: De eo verba doloris susinet, quod is, qui pro eterna vitalaborare appetit, velut stercora contemnit. Hinc Paulus ait: *Omnia derimenti feci, & arbitror ut stercora, ut Christum incrasificam.* De pulvere itaque egenus suscitatur, & de stercore pauper erigitur, cum mens seculo abrenuntians, quidquid sibi placere solebat de lingue humanae favoribus, de honore dignitatum, & de abundantia rerum, calcat, dum ad sola eterna respicit, quæ sola ardenter amat. Ei namque suscitari, & erigiri est, ea, quæ corpore derelinquit, mentis sublimitate despiciere. Et cum principibus ei sedere est, superna patria civibus per gaudium eternæ quietis interesse. Qui certè tunc gloriae solum tenet, quia qui tam sublimiter praesedit, à conditoris sui laudibus nunquam filet. Hanc namque gloria sedem D Psalmita admirans Domino loquitur, dicens: *Beatis qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Hanc sedenti gloria Esaias predicat, dicens: *Gaudium & latititia invenietur in ea: gratiarum actio, & vox laudis.* Hanc item sanctus Tobias ostendens, ait: *Et omni lapide pretioso, & mundo platea ejus sternentur, & per omnes vicos ejus Alleluia cantabitur.* Sed ea, quæ sequuntur, etrepitos pauper aspiciat: quia ad principum sessionem, ad gloriae solum non statim, ut fuerit erectus, adducitur:

Domini, inquit, sunt cardines terra, et posuit super eos orbem.

Quia terra nomine peccatores in sacro eloquio designantur, cardines terra hi accipi convenienter possunt, in quibus per inepta desideria seculum circuit, & de alio ad alium ducit. Cùm igitur conversos peccatores aspiciamus, in laudem creatoris his Annae verbis erumpamus. Quasi enim aliis verbis tunc dicimus: Jam Domini esse per ejus gratiam ceperunt, qui diu in rotâ rerum transcurrentium per mundi concupiscentiam tenui sunt. Et cùm, jam delectis vitæ saecularis blandimentis, fortia tentamenta fortiter tolerant, dicamus: [*Posuit super eos orbem.*] Orbem quippe super eos posuit, qui antequam eis imponeretur, sub eis fuit. Nam eum jam

A in onere tentationum habent, qui eis blandiendo velut subjectus serviebat, cùm in eo delicias, & voluptates sequendo recumberent. Et quia magnas ex eo tentationes habent, qui magna in illo oblectamenta habuerunt, adjungitur:

Pedes sanctorum suorum servabit.

Quibus profecto verbis sic auxilium divinæ protectionis, propitiationisque ostenditur, ut pericula tentationum gravia designantur. Quasi eternum dicat: Tam grandia de eo, cui adhaerant, seculo tentamenta sustinent, ut solus ad adjuvandum ille sufficiat, qui deesse fidelibus suis in tribulatione non potest. Pedes namque sanctorum suorum servare, est concusso in tentatione affectus electorum, ne corrulant, per gratiam roborare. Unde & qui ad casum nutaverat, & tamen à Domino conservatus erat, Propheta dixit: *Mei autem pene moti sunt pedes, p. ps. 7, ne effusi sunt gressus mei.* Hinc iterum: *Paulus sum, p. 117. & Everies sum, ut caderem, & Dominus suscepit me: Fortindo mea, & laudatio mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Et de hostium infirmitate subiunctum, dicens:

Et impij in tenebris conticescent.

Quid est autem, quod cùm servare sanctorum pedes Dominus dicitur, silentium memoratur impiorum, nisi quia ad peccati lapsum nequaquam impellimur, nisi cùm perversa nobis malignorum spirituum tentamenta sugeruntur? Cùm ergo pedes nostros Dominus servat, in tenebris tacent impij: quia dum gratia divina protegimur, vocem, qua nos præcipit, dare nobis immundi spiritus nequaquam possunt. In tenebris quippe tacent, quia caliginosa reprobatori corda possident, à quorum ad nos progedi obscuroitate non audent. Quare autem sanctorum pedes servet, exponit, dicens:

Quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Quasi dicat: Idcirco tenet, quia sine ipso stare non possent. Nam eti vir virtutis agnoscitur, in fortitudine sua timorem lapsus habet, statum robur non habet, & toties illicita concupiscentia labitur, quoties interna ejus vestigia à Domino tenente deferruntur. An vero non vir erat cui in juvenclarum choro cantabatur: *Sicut percussit mille, & David de- 1 Regem milia?* Qui nimurum cum inter onera fortitudini sue relinquitur, in carnis sue culpam impulsus corruit, atque in se expertus est, quia vir in se non habeat statum roboris, sed lapsum infirmitatis. Unde & relabi metuens, eum, à quo teneri ad statum debeat, exposcit, dicens: *Non me derelinquas usque queque.* Nemo ergo se fallat, quasi in se robur standi inveniat: quia eti magna læpe occulorum hostium bella superamus, si dignè eos in suis fuscinibus reprobando, velut in fugam versos insequimur, non nos tunc refugi spiritus, sed eum, quem in nobis aspiciunt, expavescunt. Vel certè si nos etiam timent, idcirco profecto timent, quia in divina gratia robur assumptos vident. Apicè ergo subiungitur:

Dominum formidabunt adversarij ejus, et super ipsos in calis tonabit.

B Cali namque tunc sumus, cùm in altitudinem divinæ gratia praesidentis nobis sublevamur. Et tonitrua contra ejus adversarios habemus, cùm validis sanctorum desideriorum vocibus, omne, quod nobis de eorum suggestione spirat, elidimus. Quidquid enim tonitruum ferit, interficit. Tonitrua ergo celorum, sunt perfecta desideria electorum. Nam velut à celorum altitudine terribiliter sonando producent, cùm ab eo mentis culmine malignos spiritus ferint, cui omnipotens Deus sic praesedit, ut amore praesidentis facile superet omne, quod ad pugnam moveri poterat, hostis audacia mala fugerentis.

Matt. 10. Sed præmonente Redemptore novimus, quia qm̄ perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: eodem quoque Domino promittente, didicimus: *Quia*

Ezecl. 18. quacumque hora peccator convertitur, salvus erit. In extremo itaque sui cantici addat Anna, & dicat unde peccantem terreat: dicat, quo justum cautiorem reddat.

Dominus, inquit, judicabit fines terre.

Non ait terram, sed fines terræ. Fines quippe terra sunt, qui vitæ sua ultima cum culpæ perpetratione clauerunt. Nam qui peccat, & corrigit quod delinquit, terra est per peccatum, & finis terra non est: quia delinquenda, redemptionis sua alta depositus, sed ab imo depositionis sua ante judicium resurrexit. Flevit namque quod fecit, & venturum judicem ed latius sustinet quod in damnatione terrenitatis, per paenitentiam ipse in se flagella ultiōnis tenet. Quia ergo fines terra Dominus judicat, conversus peccator ad Dominum priora, sive media, non expavescat. Quia item fines terræ Dominus judicat, justus inchoata justitia, non praefumat. Nam si hunc ab ea, qua cadere potest, adhuc æquitate, labente subita mors intercipit: quia in suis extremis culpa clauditur, finium terræ lege judicatur. Sequitur:

Et dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.

Hoc perfectè superius, quia ad Redemptorem retulimus, in hujus quoque explanationis ordine *Eph. 3. c.* non mutamus. Ipse namque est pars nostra, qui *1. Pet. 2.* fecit utraque unum. Ipse quoque est lapis angularis, in quo dum electorum paries uterque copulari, æternæ civitatis structura disponitur. Teneat itaque morem suum locutio nostra, ut prolatu jam sacri cantici & morali, & allegorico intellectu, in eo uterque conveniat, quem fide credimus moribus promereamur.

C A P U T II.

Sequitur enim divinus sermo, & dicit:

Et abiit Helcana in Ramatha, in domum suam.

Quem profectò virum, humani generis Redemptorem: Annam verò conjugem, ejus Ecclesiā: puerum Samuelem, creditum de gentibus populum: Ramatha quoque civitatem, cælestem patriam designare ostendimus. Quid ergo est, quod post conjugi canticum, abiisse in Ramatham, civitatem suam in Helcana dicitur, cùm post natum puerum, Deo cantum Anna dixerit, atque ante ad celos Redemptor ascenderit, quam gentilium populum sancta Ecclesia in fide genuisset? Quod profectò ab eis solummodo queritur, qui tantum Domini nostri corporalem presentiam scire noscuntur. Numquid enim tunc non eum secum Paulus habebat, qui ad Patrem ascenderat, cùm dicebat: *An experimentum queritis ejus, qui in me habitat Christus?* qui item fatetur dicens: *Sicut ex Deo, coram Deo, & Christo loquimur.* Quid est ergo, quod sanctæ Ecclesie aliquando affuit per gratiam munericis, aliquando ei se subtraxit per dispensationem probationis? Affuit namque, ut in acquisitione gentium vita verba abundantier effunderet: sed aliquando ei velut absens se abscondit, ut verbi munere sublato, cognoscet sine ejus presentia, qualis esset. Post finem itaque cantici dicitur: *Abiit Helcana in domum suam:* quia sancta Ecclesia ex ejus presentia alta prædicat, qui cùm mortalibus per dispensationem se subtrahit, æternis se civibus jugiter repræsentat. Domus namque sua illa supernorum civium, quam amando, replendo, & sociando Dominus inhabitat, æterna societas est. In eam igitur vadit, cùm Annam

A deserit: quia qui se nobis adhuc præscientibus salubriter subtrahit, perfectis atque consummatis æterne patriæ civibus, cùd se incessanter jungit atque exhibet, quod probari jam probatos ejus ablen-tia, ulterius non oportet. Apèr itaque post Annam canticum, dicitur: *Abiit Helcana in domum suam:* quia sancta Ecclesia, quæ tam sublimia electos edocet, sicut pia semper Domini dispensatione desirerit, ita & eadem alia que doceat, non semper habet. Sed plerique verba audiunt, præteritam malitiam derelstantur, & correctionis vita opera proponunt: sed cùm audire desirant, ac si numquam eadem vita verba audissent, ad iniquitatem redeunt. Auditor sancta Ecclesia gentilis populus devotus ad audiendum fuit, & ad operandum promptus. Apèr itaque subditur?

B *Puer autem Samuel erat minister in conspectu Domini, ante faciem Heli sacerdotis.*

Ac si apertè dicatur: Ex eo quod audivit, omnipotenti Deo placere studuit. Qui apèr dicitur: quia etsi grandis pro defensione fidei nostræ agenda suscepserat, tamen in eadem fidei generatione adhuc novus erat. Et quia placidum omnipotenti Deo ministerium præbuit, minister in conspectu conditoris fuit. In conspectu etenim Domini est, quem in oblatione obsequiorum, divina dignatio libenter aspicit. A quo nimur Domini conspectu expelli valde metuens quis, orat, dicens: *Ne projicias me à facie tua.* In quo item recipi vehementer cupiens, dilatationis suæ moram fecum reputat, dicens: *Quando veniam,*

& apparebo ante faciem Dei? Hinc Elias gloriatu*s;* *Reg. 17*

& ait: Vivit Dominus, in cuius conspectu sibi. Mi-nister itaque erat Samuel in conspectu Domini:

quia in novâ religionis obsequiis, omnipotenti Deo gentilis populus valde acceptus fuit. Quo nimur verbo *Judæa* quoque repulso latenter inuitur, dum solus Samuel, in quo gentium fidelis populus exprimitur, ante Dominum ministrare perhibetur. Solus itaque in ejus conspectu erat, quia profectè ei Judæicus populus placere desierat. Quod utrumque per Malachiam Dominus loquitur. Nam *Judæa* repulsionem insinuans, ait:

Non es mihi voluntas in vobis, & sacrificium non sufficiam de manu vestra. Sed qui à facie sua Judai-cam perfidiam expulit, quem libenter intueatur, *Ibidem.*

subiungens, ait: *Ab oru solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offeratur nomini meo oblatio munda.* Sed subtiliter est videndum quod dicitur: *Ante faciem Heli Samuel Domino ministrazit:* quia prædicato-rum sanctæ Ecclesie ministerium, gentilis populi conuersiōnem, amorem, & reverentiam circa Re-demptoris obsequium, veterum ordo doctorum longè antè videndo cognovit, & prophetando prædicavit. Hunc namque pronus in Domini mini-sterio noverat, qui dicebat: *Adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes servient ei.* Hinc *Aggai. 2.*

E Aggæus loquitur, dicens: *Veniet desideratus cum gentibus, & replebitur gloria domus Domini.* *Rom. 15. d*

Hinc Elafas dicit: *Erit radix Iesse, qui exergit re-gere gentes, in ipsum gentes sperabunt.* Hinc *Psal. 71.*

Palmista ait: *Laudate omnes gentes Dominum,* *ps. 116. x*

& collaudate eum omnes populi. Hinc Patriarcha *Gen. 4. b*

Jacob ait: *Ipse erit expectatio gentium.* Ante fa-ciem ergo Heli minister Dominus Samuel puer fuit: quia quod dignum Deo postmodum gentilis popu-lus habuit, doctorum ordo veterum per prophe-tia spiritum prævidit. Et statim de projectis subdi-tur.

Porro filij Heli nescientes Dominum, et officium sacerdotis ad populum.

Subaudis, erant. Qui namque filii Heli sunt alii,